

Vg
6169





G.K. 192 (27)



B. LV THER V M
DIVINORVM LIBRORVM
APVD GERMANOS INTERPRETEM
OMNI LAVDE MAIOREM

QVO ILLIVS
INSTAVRATORIS SACRORVM PVRIORVM OPTIMI
DIEM NATALEM


A CIVIBVS
GYMNASII ALBERTINOFRIDERICIANI
D. XIII, NOVEMBRIS A. R. S. MDCCCLXVIII.

H. L. Q. C.
SOLENNI MAIORVM RITV CELEBRANDVM ADVNTIET
SIMVLOVE


MAECENATES PATRONOS ET MVSARVM
FAVTORES

AD ORATIONES BENEVOLE AVDIENDAS
OMNI QVA PAR EST OBSERVANTIA INVITET
SISTIT

GRATO ANIMO CONTEMPLANDVM
NICOLAVS KAISER
ILLVSTRIS CVRIANI COLLEGA TERTIVS,



CVRIAE REGNITIANAE
EX OFFICINA HETSCHELIANA.





Annua MARTINI solitum deposcit honorem
Natalis: linguis hacce favete die!

Qua benefacta viri, sacra qui purgata recludit,
Carminibus dignis condecorare decet.

En roseo surgens vultu lux publica mundi
Gymnasii ciues ad pia festa vocat!

Laetitiae produnt solennis signa Camenae,
Dantque bonis votis ominibusque locum;

Eius sunt memores, quod fortunante Lutherus
Numine Christiadis praestitit, auxilii:

Pectoris ac hodie grati feruore citatae,

Vt referam numeris illius acta, volunt.

Ast mihi praecipuum Megalandri dotibus aucti

Nobilibus factum sistite, Castalides!

Omnia



Omnia nam nequeo longi monumenta laboris
 Ponere, queis splendet, conspicienda simul.
 Quid? mandant operam, ductus spiramine caeli
 Qua sanctos nostro transtulit ore libros.
 Hoc opus egregium solidoque perennius aere
 Aequis, Christe faue! laudibus adficiam.

Infandi capiunt praecordia moesta dolores,
 Cum patriae priscae tristis imago subit.
 Ecce superstitio terras peruasit iniqua,
 Fanaque futilibus perfonuere iocis!
 Quid sit largiri monachis canonesque tenere
 Pontificum, turpis spe docuere lucri.
 Errorum technis oracula diua latebant,
 Tunc erat haec animo voluere, grande scelus.
 Quot gentes seruile iugum genuere Monarchae,
 Ad Tiberim mundi qui cupit imperia!
 Obtentu zeli qui spreuit iura potentum;
 Hi victi flexo succubuere genu.
 Queis proba diuini fuerat sententia cultus,
 Deutos flammis tradidit ille rogi.
 Exstitit haec orbis facies, moderator Olympi
 Cum misera hac motus sorte pararet opem,
 Oraque sic soluit: „Bene nunc, Germania spera!
 „Terrores fugiant; tolle beata caput!

* 2

Aft



„Post densas Hyadas Ecclesia fulgeat in te,
 „Sponsa redemptoris, quae mea iusfa legēt,
 „Biblia, lux veri, tibi mox translata patefcant,
 „Candidus hinc redeat religionis amor:
 „Sic, quos fraus hominum stabiliuit callida, postes
 „Papatus lapsu flebiliore ruant.

Haec ait; extemplo caelestia robora sensit.

Illā: dies fato prosperiore fluunt.

Vt flauis inuecta rotis aurora rubore

Splendorem Phoebi nuntiat eximium,

Qui radiis feruens, noctis caligine pulsa,

Diuitibus terrae mesibus arua replet:

Sic doctrinarum fortuna serenior istic

Nuntia venturi luminis alma fuit,

Publica quo lustrante statim res sanctior ampla

Incrementa, Deo propitiante, tulit.

Tempore tam lacto vitales hauserat auras,

Husus quem cygnum vaticinatus erat;

Cultor is Vnigenae Patris, et probitatis amicus,

Cuiusuis custos peruigil officii;

Corruptelarum vindex, animosus honesti

Adsertor, dulci nobilis eloquio;

Codicis interpres sancti sincerus et aptus,

Defensor Themidos, victor et haeresium;

Magnus apostolica splendescens mente Lutherus,

Feruida Papismi pestis et exitium,

Hic

Hic studium vera Numen pietate colendi
 Restituit, iutus viribus aethereis.
 Exoptata tamen, nobis quam reddidit olim,
 Integritas fidei sera reuifit eum.
 Seruitium postquam circumdatus ipse cucullo
 Pertulit acre diu, spes meliora tulit.
 Venit in adfpectum fcripturae pagina primum
 Erfurti, lecta qua dedit hasce preces:
 „Diuinis tabulis tua fic arcana voluntas,
 „O dilecte Parens, eft patefacta mihi?
 „Ah scelus! ignorant homines myfteria tanta,
 „Queis ego nunc fupplex ofcula iungo mea,
 „Adfere fcrutandi cum libertate falutem:
 „Inde tuum nomen fecula cuncta colant!
 Dixerat: incenfam fentitque cupidine libri
 Mentem; nam decies lectio lecta placet.
 Munera, quae reperit, fanctiffima fpargere tandem
 Miffus ad albiacas praeco laborat aquas;
 Doctorisque gradu confoenfo, Biblia, feruans
 Promiffi; mira dexteritate docet.
 In linguis, fanctas quas dicimus, ifte colendis
 Idcirco curam fedulus exhibuit:
 Sic magis adfulfit caeleftis gratia verbi,
 Perculit atque iubar peftora lucidius.
 Papalis feclerum mox indulgentia turbas
 Mouit, vt inuita fumeret arma manu,



Friuola Tezelii molimina voce Tonantis
 Vincit is; hostiles ridet adesse minas.
 Heros magnanimus propugnat iusque piumque,
 Subsidiis validis fretus vbique Dei.
 Romanae dominos sedis pauor occupat anceps,
 Io Babylonis ei moenia quasfa vident!
 Vir, reparanda cui fuerant sacra, fortius, ausa
 Cum fauste caderent, bella deinde gerit.
 Teutonice captat diuina volumina, fraude
 Quae celabantur, vertere consilium,
 Pandat vt oppressis armamentaria caeli,
 Queis hostis latebras vimque domare licet,
 Integer et referet iucunda sacraria cunctis,
 In quibus est Christus, spes bona, vita, salus.
 Accingit se operi; tamen aucta negotia rursus
 Scrutinium solers codicis impediunt.
 Proscriptus vero in tuta statione locatur;
 Auspiciis faustis Caesaris ira venit.
 Wartburgi procul a strepitu, venerande Luthere,
 Est exorta tibi saepe petita quies.
 Otia fecesfus praebet iucunda Camenis,
 Impiger hic vertis nocte dieque stilum,
 Sanctior adflatu dictat tibi Spiritus almo,
 Quae de scripturis dogmata suppedites.
 Hoc moderante noui pars foederis exit in orbem,
 Tradita teutonice, perbene, perspicue.

Resti-



Restitit ast operae multum veterisque tabellas
Nunc instrumenti condere constituit.
Adhuc ac clemens votis et coepta secundat,
Cuius virgineo corde vocabat opem.
Mox legislator Moses, idiomate nostro
Praeditus, edicit iusfa verenda Dei.
Annales sacri, celebrat quos cana vetustas,
Adduntur gnava sedulitate statim.
In medium prodit Iobus tot tantaque passus
Tristia, quot grauidum grana papauer habet.
Postea, quae lapsis praebent solatia rebus,
Dauidis dantur carmina diua foras.
Edita pacifici Salomonis scripta videntur,
Lectori faciunt dulce refrigerium.
Nec mora veridicis conceditur vlla prophetis,
Eia typis prostant! plausus vbique sonat.
Qui reliqui fuerant, patrio sermone leguntur
Scriptores, grati simplicitate sua.
Biblia mittuntur cunctas per Teutonis oras;
O grates! ideo soluite, Christicolae!
His ita compositis noster metaphrasta Lutherus
Aurea postremo scripta polire studet.
Concilium quare quasi sanctius adgregat ille,
(Quod sub iudicium singula verba vocet,
Huius confessus decus immortale Melanchthon
Ingenii sparfit splendida dona sui.

Nam



Nam textus graeci vim percrutatus vbiuis,
 Et rerum seriem nexuit adposite.
 „Haec Philomela melos magni caeleste Lutheri
 „Dum iuuit, summae nomina laudis habet.*
 Adfuit et diuo rutilans ardore sacerdos,
 Quo regni Iesu fidus adauxit opes,
 Grammatices studio celebris Pomeranus, et aptas
 Iuncturas vocum texere condocuit.
 Hebraice doctus Cruciger quoque dicta scienter
 Plurima de sacro fonte resoluit ibi.
 Cuius ab ornatu dicendi labra maeabant,
 Ionas diffinxit multa lepore loca.
 Quilibet hac ratione suas absolueret partes
 Contendens, famam reddidit inde sibi;
 Ast vero, stellas velut inter luna minores,
 Sic Megalander iis omnia noster erat.
 Hic sancti tandem Pandectas codicis, ipsi
 Adfensum cunctis dantibus, exhibuit,
 Quis passim lectis caeli sapientia vicit,
 Fugit et exorto lumine barbaries.
 Tu, cuius vetus et vastum cantata per orbem
 Laus constat, gentis gloria saxonicae,
 Leucoris, vrbs meritis summorum clara virorum,
 (Non etenim possum non meminisse tui)

Tu

* Versus hos duo notissimos, qui passim leguntur, hic inferere placuit.

Tu noua nostra Sion es terque quaterque beata,
 Ex te quod rediit lux ea saluifica; *
 Qua lucente raris fidei, quasara procellis
 Vesani pelagi, litora ruta subit,
 Ne forsan tumidis agitatam fluctibus illam
 Errorum gurges horridus abripiat:
 Qua fulgente viam facilem, quae tendit ad astra,
 Calcamus certo saxa per alta pede,
 Ut nanciscamur, spretis, quas quaerit avarus,
 Diuitiis teriae, gaudia grata poli:
 Qua splendente cadunt vanae sine viribus irae,
 Quas retinet nobis insidiosa cohors,
 Ac simul, idolis pulsus, incertitia veri
 Discutitur; crescit Numinis agnitio:
 Qua radiante animam refocillat dulce leuamen,
 Ne peccatorum fracta dolore ruat;
 Corporis ac aegri grauibus defuncta ruinis,
 Aeterna tandem pace potitur ca.
 Biblica, quanta Dei clementia! scripta Lutheri
 Commoda Germanis nunc memorata vehunt.
 Inde fluit nobis seculi melioris origo,
 Iam commentorum monstra subacta iacent.
 Ingenue colitur nostro sermone supremus
 Rex mundi, ratio postulat ut officii.
 Iustitia leges panduntur vbique locorum,
 Praeceptis Christi templa scholaeque sonant.
 Io populi ducti quoque religionis amore
 Maenalio peragunt rite sub axe sacra! **
 **
 Gaude,

* Libri diuini germanice translati ac typis in Ioannis Luffii officina Vitebergae exculi orbi christiano hanc lucem exoptatissimam imprimis adtulerunt.

** B. Lutheri versionem S. S. in complures septentrionis linguas, c. g. sue-



Gaude, praesertim tibi lux, Alemannia, ridet
 Fausta; tene lacrimas, queis maduere genae:
 Libera seruitio Papatus iusfa Timendi,
 Omnia qui nutu temperat, exsequere,
 Huius Maieftas, qua sol furgitque caditque,
 Effulget; supplex hunc venerare Deum,
 Scripturae reputa quare dictamina, cuius
 Inter nos exstat versio teutonica,
 Qualem non reperis vel in ullo cardine mundi,
 In pretio haec tardae posteritatis erit,
 Nil damni dat ei furiosa calunnia; semper,
 Posthabitis reliquis, nobilitata manet.
 Heus acui compone prioris Biblia nostris,
 Et quantum dissent vtraque, percipies!
 Infolitis horrent formis plerumque loquendi,
Vulgatae speciem, sed sine mente gerunt,
 Nec posuere notae stabiles documenta recentes,
 Quorum conatus ceu leuis umbra perit.*
 Ast quantum superant altae viburna cupressi,
 Prae cunctis tantum, magne Luthere, micas,
 Quis iudex gnarus rerum iustusque negabit,
 Codice translato te reparasse sacra?
 Quis censor seruans aequi cupidusque salutis
 Dicit translatum non proba dona Dei?

Quam

cicam, finnicam, lapponicam, islandicam et alias translata, atque ita illius gentes verbi caelestioris iubare perfultas esse, inter omnes constat.

* Ratio varias sacrarum librorum translationes, quae apud Germanos in lucem sunt editae, easque tam antiquas, quam recentiores, conferendi cum d. Lutheri versione, maior, quam ut haec pagellae eam capiant, est, ideoque in aliud tempus differenda.



Quam lucem vidit germanica versio primam,
 Festiuis, aiunt, hanc agitasse modis. *
 Nonne rei memores eius quoque concelebrare
 Ritibus adfuetis nos decet hancce diem?
 Quae nitet in fastis rubeo signata colore,
 Atque dicata tibi verba, Luthere, vehit;
 Iubila quae flagitat genitale notantia tempus,
 Quo nihil inter nos dulcius esse potest.
 Salue, Vir reuerende, gregi carissime Christi,
 Cuius doctrina fors dedit alba frui!
 Te laeti studio laudum comitamur amici;
 Cincta viget pulchris floribus ara tibi!
 Cedite spectatores procul, ingratisima turba,
 Qui meritis huius plurima detrahitis!
 Fama per immensas cantat praeconia gentes,
 „Nulla virum talem secla futura ferent. **
 Cedite, qui vitio rapti nouitatis vbique
 Nil sapitis, nisi quod Musa profana canit!
 Istius scriptis sibi postera consulet aetas;
 „Nulla virum talem secla futura ferent,
 Io fore discipulos tractus aliquando per omnes
 Vaticinor terrae, diue Luthere, tibi!

Sed mihi, quod superest, nunc oratorius actus
 Est indicendus, quem schola nostra parat.

Vos

* Ioannes Bugenhagenius Pomeranus diem, quo d. Lutherus interpretationi S. S. coronidem imposuit, anniuersaria festiuitate celebrasse perhibetur.

** Philippus Melanchthon hoc encomium de Megalandro nostro iam adhibuit.

Vos igitur Proceres, Fautores atque Patroni,
 Aditis placidi, supplice voce preeor.
 Splendida, quam valde cupimus, praesentia Vestra
 Ceu fausto Pindum fidere condecorat.
 Dicturos, licet hi * conamina prima iuventae
 Producent, blandis auribus excipite!
 Si quid sit dubii, precibus concedere nostris,
 Martini Vestri Manibus hocce date!
 Qui pater ac doctor communis iure vocatur,
 Et virtute sua tempus in omne viget.



* Sex vero adolescentes ingeniorum solertia, industriae laude ac morum
 probitate vnicuique Philomatorum se commendantes, in medium prod-
 ibunt: nempe,

IOANNES GOTTFLOB TEMLICH, Aschenfis, qui religionis chri-
 stianae a Pontificorum corruptelis purgationem diuinum opus
 esse, carmine adferet germanico. Deinde

IOANNES FRIDERICVS FRECH, Ludouicopolitanus, de mutuo
 Papicolarum et gentium idololatriarum in praecipuis doctrinae et
 religionis suae capitibus consensu, ore romano verba faciet.
 Postea

GEORGIVS GEIER, Selbenfis, gentilipapificam in superstitiosa
 rituum et caerimoniarum obseruatione harmoniam, patrio sermone
 soluto monstrabit. Porro

IOANNES NICOLAVS KNOCH, Curienfis, commilitones, vt se-
 dulo secum in literas per b. Lutherum pristino nitore suo re-
 stitutas incumbant, prosa Latii oratione adhortabitur. Insuper

IOANNES CHRISTIANVS ANTONIVS ROTH, Neobergenfis,
 Megalandrum nostrum puriorum sacrorum insauratorem cum le-
 gato Christi, d. Paulo, lingua Teutonum prosaica conferet.
 Et denique

CHRISTIANVS ADAMVS MVLLER, Cautendorfenfis, ode sapphica
 latina pro conseruanda amplificandaque rei publicae nostrae tam
 sanctioris quam ciuilibus salute pia vota nuncupabit.



ULB Halle

3


006 538 797



VD18







G.K. 192 (27)

B. LVTHERVV

DIVINORVV LIBRORVV
APVD GERMANOS INTERPRETEM
OMNI LAVDE MAIOREM

QVO ILLIVS
INSTAVRATORIS SACRORVV PVRIORVV OPTIMI
DIEM NATALEM

A CIVIBVS
GYMNASII ALBERTINOFRIDERICIANI
D. XIII, NOVEMBRIS A. R. S. CIOCCCLXVIII.

H. L. Q. C.
SOLENNI MAIORVV RITV CELEBRANDVV ADVNTIET
SIMVLOVE

MAECENATES PATRONOS ET MVSARVV
FAVTORES

AD ORATIONES BENEVOLE AVDIENDAS
OMNI QVA PAR EST OBSERVANTIA INVITET

SISTIT
GRATO ANIMO CONTEMPLANDVV
NICOLAVS KAISER

ILLVSTRIS CVRIANI COLLEGA TERTIVS.

CVRIAE REGNITIANAE
EX OFFICINA HETSCHELIANA.

Vg
6169

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)